UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscvrorvm virorvm

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

29. Ecbertus Ungenant

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-976

Visual Library

29.

Ecbertus Ungenant
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Venerabilis domine et amice singularissime. Diu est quod non habui nuncios, ut possem dirigere litteras ad dominationem vestram: alias diu scripsissem vobis. Parcatis ergo mihi, quia libenter scripsissem vobis, si habuissem nuncium. Sed sicut scripsistis mihi quod Magister noster Valentinus de Gelterßheim dixit vobis, quod debetis mihi scribere, quod adhuc duos florenos debeo ei pro lectionibus quando steti in bursa sua: Sciatis quod nihil volo ei dare, Quia ipse etiam promisit mihi multa, et dixit quod vellet mihi dare bonas propinas, quod irem omni die bis vel ter ad Rhenum videndo quando naves veniant ex partibus inferioribus vel superioribus: et quando beani sunt intus, tunc deberem eis suadere quod visitarent in bursa sua. Et per deum ego bene portavi ei viginti beanos et perdidi multum tempus, currendo hincinde. et fuisset melius studere illo tempore. Sed ipse nunquam dedit mihi aliquid. Etiam dedit nobis mala bursalia et macras carnes, et acerbum potum. Et potestis ei bene dicere quod debet ista recordare. Sed vos valete in Caritate. Datum Lo[vaniæ].

30.

ℂ Balthasar Sclauch
baccularius Theologię formatus
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Gratiarum actiones vobis immensas, infinitas, inenarrabiles, innumerabiles, incomparabiles, ineffabiles, quod misistis mihi librum domini Iohannis Pfefferkorn, qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas'. Ego fui ita lętus quando accepi illum librum, quod saltavi prę gaudio. Et certissime credo quod Iohannes Pfefferkorn est ille de quo prophetizatur Ezechielis IX. sic: 'Et vocavit virum qui indutus erat lineis et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis'. Quia Iohannes Pfef-

---

[2] Eckbertus *5.* [3] M. *4.5.* [6] lr̃as *5.* [7] michi *sexiens in hoc epistolio 5.* [8] Mgr̃ n. *4.* [9] Gelterſtheim *4.5.* [11] nichil *5.* Q: *4.* Quia *5.* [12] : Et *5.* [18] benedicere *5.* [19] charitate *5.* Lo. *4.5.*

[22] baccalarius *5.* [23] M. *4.5.* Gra. *4.5.* [24] Sa. *4.* Salu. *5.* [25] Ratiarum *relicto spatio τῇ* G. [26] michi *5. et sic bis infra.* d. *4.5.* [28] ę *4.* e *5.* [29] Io. *4.* Ioha. *5.* [31] Io. pfeff. *4.* Io. pfeffer. *5.*